



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad  
Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Aut non amatur Christus, aut amatur asperitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

## ALIA CONSEQVENS VERITAS.

Majus est Christi beneficium, amaritudines reliquise nobis amabiles,  
quam nullas nobis reliquise.

**RATIO EST.** Quia talem dare materiam  
five occasionem promerendi in qua sine magno la-  
bore multum acquiras meriti, multum  
divine gratiae, tibi facilime comparare pos-  
sis & gloria, majus est beneficium, quam  
si omnino tolleres illam promerendi occasio-  
nem.

**Q**UIS enim non videat quod quando  
ad jungitur minimo labore maximum  
præmium, in summis id beneficiis sit  
& gloriiosius videatur esse, si graviora pro Christo  
pertuleris, quam si leviora sis patulus; quia  
tamen in gravioribus vel sc̄e deficitus, vel  
propter impatientiam, de merito multum detrahe-  
mus; certe id beneficium & gratiosum  
censeri debet, si sic temperentur pœnae, ut &  
facillime tolerentur, & nihil tamen propter  
temperamentum decadat de merito, imo &  
augeatur amplius & uberioris. Nonne proprie-  
ta Sapiens gratiabundus clamabat: Vide  
sc̄u[m] u[er]o, quia modicum laboravi, & in ve-  
ni mibi multam requiem:

S E D quando Christus reliquit nob̄ amar-  
biles amaritudines, reliquit nob̄ materialium si-

ue occasionem promerendi, in qua sine magno la-  
bore multum nob̄ meritis provenires, imo &  
quod minor esset labor, ed majus esset promeritum.

Nam cū nō diminutio illa laboris non pro-  
cedat ab objecto leviori, sed ex affectu vehe-  
mentiori Charitatis, atque ex voluntate magis  
libera & propensa, quam facit nob̄ amor  
Christi: tam felix & beata est illa laboris di-  
minutio, ut meritum ex æquo crescat & augea-  
tur, & decrescit & minunitur labor. Ex una  
nempe ac eadem radice Charitatis proveniunt,  
& diminutio laboris & augmentum meriti;  
quod enim est major charitas, eo minus labo-  
ratur, & major est laboris fructus. Hi sunt  
novissimi priui qui in una hora tantum me-  
rentur & referunt luci, quantum qui portave-  
runt pondus diei & astus. O vere bonus Do-  
minus qui sit nobiscum agit! O vere nos ma-  
ligni & ingratissimi difficultates querimur aut ex-  
cusamus! Nimiris enim aperte patet: Majus esse  
Christi beneficium, amaritudines reliquise nob̄  
amabiles quam nullas reliquise. Hac est gratia si-  
propter Dei conscientiam sustinet quæ tristias. Si  
bene facientes patienter sustinet, hæc est gratia t. Petr. 2.  
apud Denin.

Matth. 24

Vide Verbo difficultas. Amor. Christus.

## ALIA VERITAS PRACTICA.

Aur non amatur Christus, aur amatur asperitas.

**RATIO EST.** Quia non amatur Christus si  
quod est certius amor signum illi denegetur.

SED certius amor signum est asperitas a-  
mor. Vel quando conjuncta est muneri obecun-

do, vel cui us necessitatibus subeundæ, formax est  
in qua proberetur amor, velut aurum & argen-  
tum in confectorio.

Aut Ergo non amatur Christus, quod est  
Christianus nimis pudendum, aur amatur asper-  
itas, quæ est amoris certior nota.

Videnda in secunda parte, Dominica infra  
Octayas Ascensionis.

H. 3

SIC

Gen. 22.

**E**ST enim probandus illi noster amor, li-  
cet probenorit quid sit intus in corde  
nostro, ne ramen ipsi nos decipiamus,  
amorem fictitium provero & germano-  
cipientes, vult à nobis certa dari signa, quibus  
ipse permotus dicat, Nunc cognovi quod timeas  
& diligas Deum.